

Tours 40(b) (lat)

XL^(b) BREVE SACRAMENT[OR]JUM^a SECUNDUM IPSUM IUDICIUM

¹Breve sacramentorum, qualiter ingressus est **ille** die **illo** in loco nuncupante **illo** in basilica sancti **illius**, iuxta quod iudicium suum loquitur, apud homines **tantos**, sua manu **tanta**. Positis manibus super sancto altare, iuratus dixit:

„Per hunc locum sanctum et reverentiam istius sancti! Quia, unde mihi **ille** interpellavit, quasi hereditatem suam, quae ei esset debita, in loco nuncupante **illo** post me retinerem^b vel ei malo ordine contradicerem iniustae: Ipsam hereditatem parentes mei mihi morientes dereliquerunt et inter me vel ipsos parentes meos de annis xxx semper; exinde vestiti fuimus et secundum legem plus est mihi debita habendi, quam ipsi^c homini reddendi. Per Deum et reverentiam istius sancti iuro!“

Similiter venientes testes sui per singula iurati dixerunt:

„Quicquid iste de hac causa iuravit, verum et idoneum sacramentum exinde iuravit.“

Hii sunt, qui subter firmaverunt:

...

^aSACRAMENTORUM] für SACRAMENTUM Wa₁, vgl. unten Z. 3 und Tours 41; vgl. auch Tours 31. Es handelt sich um mehrere Eide, die hier quitiert werden.

^bretinerem] -ti- auf Rasur Wa₁

^cipsi] verb. aus ipsius Wa₁; ipsius mit Verweis auf die Tilgung Zeu

¹[Zeu. Form. Tur. 40]

